



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Quomodo in celebratione Missa defectus contingere possint. c. 49

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Requiescant in pace si legit pro defunctis: **Qui dicitur** ibi dicitur: **verit ad populum**, et illi more solito benedicit, si non legit pro defunctis: pro quibus si legit benedictionem huiusmodi pretermissa. **Tum dicit** **Deus vobiscum**, et signans seipsum in fronte, ore, et pectore, continuat. **Initium sancti Evangelii** **secundum Joannem**. **In principio** etc. **et supra**. Quo finito, vestes sacras, quas recepit, ibidem deponit. **Omnia premissa in huiusmodi Missa dicuntur voce intelligibili**: ita quod ab omnibus illis, qui interfuerint, audiantur.

De eadem missa coram infirmo, vel alia persona celebranda. **Cap. 48.** **Et** si aliquis accidat, quod quis infirmus, vel alius velit missam audire, ubi non est sacerdos ad missam celebrandam dispositus, quod ipse eadem orationem celebravit, vel ex alia legitima causa, poterit sacerdos in ecclesia vel alio loco convenienti, ut premitur, missam huiusmodi siccam legere in omnibus et per omnia, prout superius de missa navali dictum est: et non debet in ea sacra ostendere: et si illud in ecclesia ibidem in loco suo sacro habeat paratum propter periculum ostensionis. **Ad laudem saluatoris nostri.**

Tractatus de defectibus in missa occurrentibus. **Cap. 49.** **Effectus** missę sunt, quoniam requisita ad missę celebrationem deficiunt. **Isti autem defectus contingunt aut ex parte sacerdotis, aut ex parte ministrorum, aut ex parte ministerii**: quod in sacro requiritur panis triticeus, vinum de vite, aqua naturalis: et sunt hec ex parte materie. **Ex parte vero forme** requiruntur verba consecrationis, et intentio consecrantis. **In ministro autem** requiritur exterius debitum vestimentum, et in corpore ieiunium, et dispositio mentis et anime, quodque sit rite ordinatus. **Et in ministerio** requiritur, quod missa compleatur, scilicet quod sacrificium sit completum et perfectum: et quod sacerdos summat sacrificium concicando. **Unde de his dicendum est per ordinem.**

Primo de defectu panis. **Cap. 50.**

Sciendum est igitur, quod deficiens in pane fermentato, graviter peccat: quod facit contra statutum et consuetudinem ecclesie. **Si vero deficiendo in azymo corrupto et infecto propter irreverentiam sacrificii talis panis si deficiatur sacrificium est.** **Sed si panis sit a deo corruptus, ita quod in eo deficeret species panis, non potest defici:** hoc est per verba sacrificii non efficitur corpus Christi: et quod species maneat, potest cognosci ex hoc: quod continuity non est soluta, nec alia accidentia abla-